



Iacobus ex nobili familia natus, ab adolescentia
 arma tractauit, & Cæsaris castra in Italiam secu-
 tus est. Ibi etiam adhuc iuuenis 1525 in Ticinēsi præ-
 lio fuit, & suam fortitudinē plurimūm declarauit.
 Pari ratione quoque in alijs bellis Carolo fideliter
 adfuit, & ei passim præclaram operā nauauit. Itaq̃
 factum ut Albertus marchio Brandēburgicus, qui
 plurima bella partim pro Cæsare, partim contra eū
 gessit, hunc Iacobum suo peditatui præfecerit, atq̃
 ipsius opera res maximas peregerit. Iacobus enim
 suos milites ubiq̃ ad uirtutes cohortatus, res suæ
 fidei à marchione commissas magna diligentia ad-
 ministravit, & passim inter milites ingēti existima-

tionem fuit. Quamuis etiam multa pericula subiisset, tamen incolumis ubique
 permansit, & etiamnum in Franconia ueneranda canitiē insignis hac luce frui-
 tur. Anon.